UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Emblema 17. Sandyx pascentem vestijt agnum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70001

Visual Library

Ioannes Chriſtum indicat ad aquas.

Emblema 17.

Sandyx paſcentem veſtijt agnum.

1. Genius indicat digito
2. Agnum purpureum, cui in
3. Capite ſtat mundus ad
4. Fontem.
1. Ioannis in Chriſtum Amor oſtendit
2. Chriſtum in carne, qui tollat
3. Mundi peccata & per
4. Baptiſmum expiet.

AD IOANNEM.

NIl ſonat. Et trahis vſq; chorum, paruuſq; choragus
  Ludis, vbi cingunt vincla maligna pedem,
Pes ſat vbi tremulus, tremulâ præluſerit aluo;
  Serea poſt, ſacro ludet in amne manus.
Nec ſatis hoc: nitidis agnum quem lauerit vndis,
  Indice monſtrabit: *Agnus hic ecce, ſalus*;
Ecce, ſalus. Mundi piat agnus hic omne piaclum.
  Hinc noua pax terris gaudia ſera vouet.

Vox mundi redimendi ad pacem.

O Valeat, triſtes mihi quæ manus indicat horas,
  Hac mihi pax ſignas, aurea ſæcla manu.

NOTÆ.

Agnum. *Sponte ſua ſandyx paſcentes veſtiet agnos.* Virg. *Purpureus agnus vbi naſcitur, omen eſt imperij.* Vide vitas Cæſarum ex Vopiſco, & alijs.

Ioannes

Ioannes in deſerto Chriſtum canit & ſuos auditores ad ſe trahit.

Emblema 18.

Hîc ſacer in ſyluis Orpheus canit.

1. *Orpheus*
2. *Cum cilicio,*
3. *Dextra plectrum è ſpinâ,*
4. *Lauâ citharam tenet cum ſeptem chordis, cui inſcriptum ſit in*
5. *Roſa*
6. *Nomen IESV. Sedet in*
7. *Colle in ſyluæ medio, è qua*
8. *Feræ capita exſerunt, ijs*
9. *Pedes in manus humanas abeunt.*

1. *Ioannes*
2. *Camelorum pilis horridus.*
3. *Vita aſpera victu.*
4. *Septem dona Spiritus ſancti ſuadet ijs, qui ſe audiunt,*
5. *Suauitas eloquentiæ in Ioanne.*
6. *Quod canit, & populos edocet in*
7. *Deſerto ad montem, vbi eius ſpecus,*
8. *Vitijs obnoxij*
9. *Incipiunt recte viuere, & viam virtutis inſiſtere.*

AVritas viduis deducit rupibus ornos.
Qui Threſſas facili vellicat vngue fides.
Verſat in obliquos latus omnis Hamadryas orbes,
Inſtituitque rudes feſta Napæa choros.

Nec